

DUBITATIONES
IN FORO
FREQUENTES,
MORE JURIDICO
DISPUTATAS.



DUBITATIONES
IN FORO
FREQUENTES,

MORE JURIDICO

DISPUTATAS,

Et secundum jus nostrum

RESOLUTAS.

EX VERA, ET IN MULTIS FORTASSE NOVA
illius intelligentia:

OPUS CAUSIDICIS NON INUTILE,

IN QUATUOR VELUTI PARTES DIVISUM;

In I. Scilicet De *Tulitaneis*,

In II. De *Naturalium Successione*,

In III. De *Terrarum Ambiguitate*,

In IV. Tandem De *Interdictionibus*.

SCRIPSIT, SEU DUBITAVIT

JOANNES RODRIGUEZ
CORDEYRO.

OLIM

CAUSARUM MITRAE LAMACENCIS PATRONUS

VIGILANTISSIMUS,

Ex lib. Octava foro Ecclesiastico Speculator. Conjuratus integratus.



Ex alia Librae del
Collecc. dela Comp. d'
Llo. & Salam.

CONIMBRICÆ,

Ex Typographia in REGALI COLLEGIO ARTIUM Societatis IESU.

ANNO DOMINI MDCCLXIII.

Cum facilitate Superiorum.

ut
as,
xta
uo
.6.

R. P. HIERONYMI
DE BEJA,
Societate J E S U,
AUTHORI
Encomiaisticum Carmen.

LYSLA deflebat, deflevit, ut antè, JOANNES;
Et liber ambobus causa doloris erat.
Intus, & à tergo scriptum, clausumque sigillis, Apocalypsi.
vers. 4. vers. 1.
Sede sub Empyrea, viderat ille librum:
Librum, quo Leges, divinaque Jura notantur,
Nemo tamen clausum, qui referaret, erat. vers. 3.
Hæc fuerat Divo lachrymandi, & causa dolendi: vers. 4.
Cælicus at lachrymis attulit Agnus opem.
Attulit Agnus opem, librumque, sigillaq; solvit: vers. 5.
Omnibus ut Leges, Juraque nota forent.
Haud secus in lachrymas ibat quoque Lysia, tantis
Cùm sua conspiceret jura reclusa librī.
Jura reclusa librī, quia non bene tradita chartis;
Vel, quòd in ambiguis sensibus acta forent.
Clausus adest codex, quamvis sit apertus; in ipso,
Si decretorum sensus inceptus ineſt.
Unde libros aperit, Leges qui exponit aperte;
Sensaque juridicis fert genuina Libris.
Author apud Lusos, Agni cælestis adinstar,
Sic aperit librojura, librosque suo.



PARS I. TRACT. I.
DE
TESTAMENTIS
DUBITATIO I.

An testamentum nullum ex solemnitatis defectu valeat
tanquam nuncupativum?

Ad Ord. lib. 4. tit. 80.

SUMMARIUM.

- 1 **T**estatoris voluntas debet observari, quia ultimum illius solium.
- 2 **T**estamentum est nullum, si deficit forma legis.
- 3 **P**otest tamen valere nuncupativum.
Et num. 21.
- 4 **L**imita, si testator se restrinxit ad testandum in scriptis.
- 5 **Q**uando autem dicatur se restrinxisse?
Et num. 6. 7 & 8.
Testamentum clausum in hoc Regno dicitur in scriptis.
- 6 **T**estator non presumitur elegisse unicam viam testandi.
- 7 **N**isi ita expressisset.
- 8 **N**otarij vocatio non facit, quod testamentum dicatur in scriptis.
- 9 **S**ed intelligitur facta, ut detur melior probatio.
- 10 **E**xplicatur judicatum, de quo Cabed. dec. 169.

- 14 **C**onsummata dispositio testatoris non pendet à vocatione notarij.
- 15 **Sit tamen non sit consummata, sed solum enuntiativa, & p̄eambula, non potest publicari.**
- 16 **L**imita in ipso actu testandi, in quo verbum volo inducit fidei commissum.
- 17 **A**mplia, ut enuntiativa voluntas nec ad pias causas valeat.
- 18 **Q**uid, qui p̄eparat, nō dicitur fecisse.
- 19 **E**t quia voluntas testatoris debet esse dispositiva sine dependentia futura.
- 20 **P**erfecta tamen, & cōsummata in dubio pr̄a sumitur.
- 21 **I**mpugnatur Glottat. ad Reynos. obser. 39. num. 20. & 21.
- 22 **T**estamentum nuncupativum solum pendet à dictis testium.
- 23 **T**estamentum nuncupativum verbale an in hoc Regno fieri possit extra tempus mortis? *Et num. 25.*

ius. circumscribitur ab iudicio remittendo ad
propositum. Ibi. 32. ut
etiam in aliis causis.

§. 6.

65 **S**extus casus est, quando agens in actione summaria (vel ordinaria, si illa agit) intendit acutum operari, qui sit contra ordinem judicialem ipsius actionis: nempe replicam inducere, vel tellium repullam, vulgo *Contraditas* in causa summaria; in quo casu, cum velit operari quid positivum consistens in facto, tenendum est admitti non posse, quia contra ordinem judicialem: ex dictis *dubitat*. 43. num. 24. & 34. & procedit doctrina, de qua Moraes *dict.* cap. 3. à numer. 25. cum sequent.

§. 7.

66 **S**eptimus casus est, quando in quacunque actione agens omittit terminum aliquem de jure actioni propositae competenter, ut cum exemplo juramenti calunniæ argumentatur Moraes *dict.* lib. 1. *dict.* cap. 3. num. 32. fraudens dicendum esse tacite renuntiationem.

67 In quo casu tenendum est juramentum dici non renuntiatum, sed solum omissum, ut probat is ipse textus, in quo se fundat Moraes, nempe L. 2. §. Sed quia veremur. *Cod. de jur. jur. propter calumn.* ibi: *Remittere videantur*, & ibi: *Ex predicta dissimulatione*, & tenet ibi: *Glossa verbo sanctimus versic.* ibi: *Sed nunquid*, si fuit a principio omissum tacite, post poterit peti quacunque hora iudicij, ut juretur? *Respond. sic*, ut *ff. de damn. infect.* l. *Qui bona* §. *Penult.*

68 Confirmatur, quia, si ex omissione juramenti calunniæ induceretur aliqua ipsius renuntiatio, neutiquam postea peti posset, quia renuntiantibus non datur regressus, ut diximus supra num. 42. Quod quidem falsum est; quia, si a prin-

cipo omittatur juramentum, postea peti potest tanquam omissum, & non renuntiatum: ex dict. gloss. in l. 2. dict. verbo. sanctimus. Quia omissum in iudicio suppleri potest, ut in pluribus exemplis probat *Ord. lib. 3. tit. 63. in principio* & §. 1. & §. 2.

69 Sic procedit argumentum citationis, de quo Moraes *dict.* cap. 3. num. 33. quæ ante litem futuram renuntiari non potest, dum continet defensionem naturalem, ut ibi dicit, & probat *Ord. lib. 4. tit. 72. extollunt Vrrian. de jur. patronat.* lib. 11. cap. 4. numer. 12. *Cald. conf. 43. numer. 22. Portug. part. 2. cap. 32. numer. 15. Barbos. ad Ord. lib. 3. tit. 1. in rubr. num. 3. Guerreyn. de inventar. tract. 1. lib. 4. cap. 13. numer. 7. & 8. idem Moraes lib. 1. cap. 1. num. 40.*

70 In lite tamen; & quando actio proponitur in iudicio, si non interveniat citatio, solum inducitur illius omissione, ut fatetur Moraes *dict.* numer. 33. ac per consequens per comparitionem partis in iudicio non inducitur renuntiatio tacita, sed expressum supplementum causis omissi, nempe citationis: *Vrrian. de jur. patron.* lib. 9. cap. 1. num. 19. & lib. 11. cap. 4. numer. 78. *Gama de eis.* 324. numer. 1. &c ibi: *Flores Vast. de part. cap. 7. numer. 5. & 6. Caldas conf. 11. numer. 13. &*

18. & 19. cum Reynos. obseru. 55. numer. 29. &

alys Pegas tom. 2.

sorens. cap. 11.

pag. 802.

[*, *]